

A Recurrens, est, qui ad quantum excurrit magnitudinis aut uehementiae, in alijs rursus ad tantumdem recurrerit. Formicans, est prauus, inanis, frequens, obscurus, omnium ad extremum deductus. aut hoc modo, Formicans, est, in quo circa digitos arteriæ incumbentes imago ueluti formicæ fit ambulantis: quamobrem & paruus is est, & obscurus. Phrenitis, est mentis delirium cum febre acuta, ac floccorum collectu: & mentis emotio: & huius impeditio pulsuum: & sapiendi obliuio: uel offensa præcordiorum breuis cum tremore, & uocis exilitate, & à maligna febre maxima ex parte facta palpitatione. Lethargus, est delatio in somnum nō facile excitabilis, quæ cum coloris uitio, & flatuoso œdeme, nec sine ipsarum quoq; solidarū partium, ac pulsifici spiritus languore prouenit, ferè in debili febre, ac maligna. siūt uero lethargi partim affecto principio, partim ab scessu. Angina ea, quæ synanche à Græcis dicitur, est affectus collī acutus, difficultis, qui ægrotum angit præfocatione. aut ita, Synanche, est phlegmone, alijs extra collum, ut partes tumescant, alijs intra tonsillas, ut simul partes quoq; afficiantur respirationis, & ægra spiratio consequatur. Conuulsio, est affectus, qui neruis ac musculis accidit, cum modo corpus totum, modo pars eius uolū tatis iniussu trahitur. Tetanus, est extēsio, fixioq; in corpore neruorum omnium, & muscularum. uel hunc in modum, Tetanus, est conuulsio in rectum, cum collum, ac maxillæ trahuntur, dentes

B cohærent, neq; annuere collum potest, neq; renuere. Emprosthtonon, est cum trahitur collum ac retro flecti non ualet. Opisthotonus, est cum retro trahitur, neq; deflecti in partem anteriorem potest. Comitialis morbus, est oppressio mētis sensoriorumq; is, qui affligitur, concidit repente: eiq; insuper accidit, ut spuma per os efferatur. Catochus, est, cum sensu priuatur anima, corpusq; omne uelut gelu obrigescit. Catochi tria genera sunt, somnicolosum, lethargo proximū: alterum uigilans, cui affinis tetanus est, & quæ præfocatio uuluæ appellatur: tertium genus est catochi, qd phreniticum non inerudit quis nominauerit. fit enim ex mis̄is inter se morbis catocho & phrenitide: quemadmodum & Typhonia, quæ uel delirus lethargus, uel lethargicum delirium est. Apoplexia, est detentio mentis cum erexitio sensuum, & corporis resolutione. (item Apoplexia, abolitio est in neruis omnibus sensus & motus. uel Apoplexia sensus motusq; priuatio in toto corpore est cum principalium offensione actionum. conflatur autem à frigidō humore præcipuos cerebri uentriculos confertim opplente.) Apoplexia porrò à Paraplexia, ut à toto pars, differt. apoplectici nanḡ prorsus & paraplectici sunt: paraplectici uero nō omnino & apoplectici. differunt quoq; eo, quod sani mente paraplectici, resoluti parte una corporis sunt, aut pluribus: apoplectici & his, & mente, & toto. paraplectici demum dicuntur, quibus dextre tantum partes,

C aut sinistræ resolutione elangescunt. Peripneumonia, est phlegmone pulmonis cum febre acuta, & spirandi difficultate: rubent aut & in ipsis ægrotantibus malæ. Pleuritis, est dolor lateris, ac succingentis membranæ, usq; ad claviculam, & summum humerum, & scapulam pertinens, cum febre acuta, minimeq; intermittē, non sine dolore confidente, simul & horrore, & spirationis difficultate, & tussi. Cardiaca dispositio, est innati roboris labefactatio, & languor. fit plerunq; cōflictante ore uentriculi & stomacho, cum sudorum immodica ui. sunt, qui cardia. i. corde phlegmone laborante fieri affectum putauerint, atq; ob hāc uirū exolutionem, quod evenit malū, cardiacam uel dispositionē, uel syncopen nominarint. Inflatio, est, cum spiritus copiosior genitus in stomacho detinetur, ipsumq; & cum eo uentriculum distendit, quo fit, ut dispensatio præpedia tur alimenti. Cholera, est affectus peracutus, ac grauis, quæ per uomitus in catarrhum, id est deflu xum, protinus hominem detulit, aut ex alii profluvio & multa excretione in termina, atque non multo post in id genus febres, quales in intestinorum difficultatibus fiunt, atq; in malignas ablegauit. aut sic, Cholera, est acutus affectus cum uomitibus biliolis multis, aluiq; deiectionibus, suis quoq; se cōtrahentibus, ac frigescientibus extremitatibus. fiunt in his ægris & pulsus minores, obscurioresq;. Ileus, seu uoluulus, est phlegmone intestinorum, quo malo nec flatus infra, nec de-

D iectiones transmittunt, uermina sequuntur ualentia, cruciatusq; intolerabiles. Aurigo, seu Morbus regius, arquatūsue, est bilis refusio in cutem, quo fit, ut superficies tingatur, luteaq; fiat, & uitietur cutis. albæ quoq; in uentre diectiones fiunt eo morbo affectis. Infanía, est alienatio mentis euariatioq; à cōmuni hominum ritu, ac sanoruī morib; sine febre. Melancholia, est affectus, qui mentē lādit, nō sine graui animi molestia, atq; auersione à rebus charissimis, fit sine febre: nonnullis uero eorum, si atra bilis accesserit multa, stomachum usq; adeo infestat, ut & euomat, simulq; mens hoc modo uitietur. Cephalea, est passio, quæ per quosdam circuitus intolerabilem capit̄ dolorem assert: quo circa & aures sonant, & rubent oculi, ac prominent: simul uero distenduntur & ipsis ægrotis uenæ frontis, & rubor in facie est. Heterocrania, est, ubi modo in parte sinistra capit̄, modo in dextra dolor accidit, ac quandoq; intensiones, interdum remissiones infert. Scotomatici. i. uertiginosi appellant, quibus obtenebrations contingunt, uideturq; ihs circūferri caput, & lucis incerti ac uagi in tenebris splendores oculis obuersari. Catarrhus. i. defluxus, est multorum delatio humorū per palati foramina & nares, (qui descendētes subiecta loca male habēt,) ac in exitu unā cū flatu egrediēte strepitum quendā faciunt. Hydrophobos. i. aquæ reformidatio, est affectus ex canis morbi rabie furentis. fit cū potus auersione, conuulsione, & singultu. his uero & deliriū superuenit. Bulimos. i. ingens fames, dispositio est, in qua fit cibi inquisitio ex paruis inter-

interuallis. q̄ hac detinenſ, et resoluunt, & cōcidunt, decoloresq̄ fiūt: perfrigescūt ijs extrema cor
 poris: torqueſ stomachus. uixq̄ pulsus percipit. Phagedæna, eſt constitutio, in qua multū appetē
 tes cibum, sumētesq̄ immodicum, nō ipsum retinēt, ſed ubi eiecerint, rursus appetunt. Tabes, eſt
 ulceratio pulmonis, uel thoracis, uel fauicium, ut & tufficula, & debiles comitentur febres, & cor-
 pus conficiāt. eſt em̄ tabes, phthiſis à Græcis cōmuniter dicta, omnis diminutio corporis, ac colli-
 quatio. ea uero, quam phthoēn proprio uocabulo appellant, corporis cōsumptio ex ulcere ac de-
 molitio eſt. dicta Græcis eſt phthiſis à uerbo φθίην, qđ eſt diminui. Dyspnoīci, ſunt, in quibus spi-
 ritus, uelut per angustas uias actus, eliditur expiraturq̄. Asthma, eſt affectus, qui ualentē conatū
 respirādo, difficultatēq̄ importat, ſimulq̄ ſedere aliquos cogit ac resurgere. Iecinorosi, ſunt, quos
 iecoris dolor comitatur diuturnus cum tumore, & duritia, & corporis colore malo. ſuperuenit ijs
 febris ardens, & lingua exareſcit. Scirrho affectū iecur eſt, cū circa ipsum tumor adefit durus, & ta-
 ētu renitens, nec dolorificus. Lienosi, ſunt, quibus contracta phlegmone lienes ad naturę ſtatū
 non redeunt, nec phlegmone liberantur, ſed permanet iplis duritia, quapropter & fluctuationibus
 per morbos infestantur, & color iplis corporis permuteſt natiuus. Scirrhūs eſt lienis, cum maior
 lien, & durus admodum, et tumore diſtētus ſentit. Diarrhoea. i. profluuium, copiosior fluxio eſt
 alui diuturna, ſine phlegmone & ulceratione. Cœliaca dispositio, eſt alui fluxio non recens, ſed F
 diuturna, cum uerminibus, multisq̄ excretionibus, corpore ſimul marcescente. Dysenteria, id eſt
 intestinorum difficultas, eſt intestinorum exulceratio cum phlegmone, & cruentorum, fæciq̄ ſi-
 milium strigmentorū ſecretione, nō ſine alui, intestinorumq̄ morsu, ac cruciatu. Tenesmus, eſt
 dispositio, ad partes inferiores rectumq̄ ipsum intestinū pertinens, in qua impetus, cupiditatesq̄
 desideri plures, pauci uero excretiones fiant. (uel ut alij, Tenesmus, eſt recti intestini mordica-
 tio, quam biliosi, acresq̄ humores faciunt, cum exurrectione crebra, cupiditateq̄ egerēdi, tametsi
 exigua excernantur.) Leuenteria. i. leuor intestinorum, eſt dysenteriae magna ex parte comes affe-
 ctus, quādo ob factas ex ulceribus cicatrices, ſpissioribus, leuigatoribus, indolētioribusq̄ reddi-
 tis intestinis, neceſſe eſt, ut cibi prius, quā assumpti cōcoquantur, ocyus ad excretiones decurrat,
 utiq̄ in promiscui, incocti, quales ingeſti fuere. (alij uero ſic, Leuenteria, eſt tota ſimul, celeriſmaq̄
 trāmiffio ciborū, cum tales excreti ſunt, quales deuorati.) Colica dispositio, eſt cōſtitutio plenio
 ris intestini diuturna, in qua ſpacij ſēporis interiectis cruciatus intolerabiles, difficultates respirā-
 di, ſudores, perfrictionesq̄ adorunt. Hydrops. i. aquæ intercutem ſpecies ea, quæ anafarca. i. per
 carnem dicitur, eſt, cum corpus totum intumuit œdemate, atq̄ humore circumluīt, perueruntur
 & agrōtis pudenda, ciborū appetitus tollitur, & febris comitatur. Hydrops ascites. i. utricularius, G
 eſt, in quo uenter, & ſcrotum, cruraq̄ intumescunt, ſuperiores aut̄ partes extenuantur, & graciles
 fiunt. Hydrops tympanias, eſt, cū in uentre ſpiritus plus inuenitur, humoris minus, ac ſiquis pul-
 ſauerit, ſonus exauditur. Nephritis, eſt renum phlegmone cum dolore uehemēti, qñq̄ uero & urinæ
 difficulti transitu, in qua fibroſa quādā, uel arenosa cū modico ſanguine excernunt. Lithiasis. i.
 calcularis morbus, eſt calculi generatio in uelica, per quæ urinæ excretio prohibef. alio modo. Li-
 thiasis, eſt affectus, qui diſtentiones afferit uelica, ſimul uero & imus ueter diſtēditur, nec raro ad
 præputium ea diſtētio peruenit: ſuperaccedit ijs & urinæ ſuppreſſiones, utiq̄ cum prouectus la-
 pis uias excremēti intercluerit. Straguria. i. urinæ ſtillicidiū, eſt excretio urinæ guttatim diſtillan-
 tis. Iſchuria, absolute prorsus urinæ ſuppreſſio eſt, quæ periculū afferit. Octo porrò modis inhibe-
 tur urina, phlegmone, ſcirrho, ſanguinis cōglobatione, resolutione, calculi procidentia, renū con-
 ſensorio affectu, ulceratione, calculari morbo. Fiunt in renibus calculi, quādo in corporibus illis
 humorum crassorum copia cum febrili caliditate coiuerit. (uel aliter, Generantur calculi in reni-
 bus, ubi collecta in ijs cū proportionali febre crassorum humorum copia fuerit, à qua ſuperaffati
 ad calculi tranſeūt generationē.) Gonorrhœa. i. genitura profluuium, eſt excretio ſeminis mor-
 bum importans, cum quo tabescit corpus, decoloraturq̄. fit malum hoc uaforū ſeminalium robo H
 re ſoluto adeo, ut quādā modo languētes ijs ſemē haudquaquā retineāt. Satyriasis, eſt affectus cū
 genitalis mēbri tētigine, ſimul ſe tendentib. eius particulis. ſunt quibus & ſeminis ejaculatio cum
 uoluptate fiat. hi uero mente exturbant, neruorū tentio & ſeminis fit. Iſchias, eſt coxēdīcīs dolor
 diuturnus, nec ſolutu facilis, aut ſic. Iſchias, eſt morbus ualidum dolorē coxæ per circuitū inferēs,
 qui dolor uel uſq̄ ad poplitē, & ſurā deſcēdat. Arthritis. i. articularis morbus, eſt phlegmone ſta-
 bilis, circa articulos cōſtēs, dolorēq̄ ingerens uehementē, neruis nimirū patiētibus, Podagra,
 eſt affectus, qui circa pedes oritur, & dolorē mouet, patiētibus neruis, idq̄ alij cū ardore, alij cū
 algore. Paralysis, hoc eſt resolutio, affectus eſt, quo uolūtarius motus offendit, iſ circa partes, aut
 partem aliquā fit. perficitur aut̄ neruis muſculisq̄ perpeſſis. Scelotyrbe, quaſi cruris turbā uel per-
 turbationē dicas, ſpecies eſt resolutiōis, qua erectus ambulare homo nō potest, & latus aliās in re-
 ctum, quandoq̄ ſinistrū in dextrū, non unquā dextrum in ſinistrū circum fert, interdū quoq̄ pedē
 nō attollit, ſed attrahit, uelut ijs, q̄ magnos clivos ascendit. Perosis. i. oblāſio, eſt priuatio, impedi-
 mentū ſue naturalis functionis, aut alicuius mutilatio particulae. Lepra, eſt cutis mutatio in habi-
 tum, qui p̄r̄ter naturā ſit, cum asperitate, & pruritibus, doloribusq̄, non unquā & ſquamis de-
 cidentibus, interim ſecus, plures hæc etiam corporis partes depaſcitur. Elephas, eſt affectus, qui
 cutem

Acutem crassam, atq; inæquabilē reddit, liuor adest tū cuti, tum oculorū albīs, exeduntur partes ma-
nuum, ac pedū summæ, ex quibus sanies liuida, ac foetida emanat. Impetigo, est summæ cutis aspe-
ritas cum multa prurigine. Medicinæ duæ sunt partes summae, contemplatio, & actio. antecedit
actionē contemplatio: siquidē considerare prius aliquid conuenit, itaq; deinde agere. nam præce-
ptio ratione constans, exercendorū operum principiū est. Partes medicinæ quinq; sunt, quas &
species quidā nuncuparūt: naturæ indagatrix, cognitrix affectuū, uictus institutrix, materialis, cu-
ratrix. Indagatrix naturæ, est, quæ circa contemplationē uersatur regētis nos ac moderatis natu-
ræ. Affectuū cognitrix, quæ id, quod præter naturā est, dignoscendū suscipit. Victus institutrix, q
in sanis atq; ægrotatibus uictu inducendo meditatur. Materialis, quæ circa materiā se habet cor-
pori nostro medentē. Curatrix aut, quæ circa sanitatis deperditæ reuocatiōnē, eius restituutiōnē
operam nauat. Fit phlegmone in utero cum uētris atq; inguinū cruciatu, ac febris, qua & sinci-
put laborat, & tendonum contractiō adest, & oculorum dolor. Abscessus tūc est in utero, cum in-
tensus est dolor, pulsatq; & usq; ad imum uentrem, & inguina, ac lumbos pertingit, & febres ad-
oriuntur. Vterina suffocatio, est affectus per recursum uteri: correptæ ea corrunt, uocisq; impo-
tes redduntur: quare nec manifesta ijs amplius respiratio fit, & suspenduntur hypochondria, pul-
Bsus quoq; obscurus habetur, ac tardus. Muliebris fluxus, est humorum delatiō per uterum ad mul-
tum tempus perdurans, quam eius facit excretiō. Albus fluxus, est cum alba sunt, quæ excernuntur,
apparent tumores in facie, partes quoq; sub oculis intumescunt, nonnullis uero & uenter, &
crura. Rufus est fluxus, cum subrufa excretiō demanat, doloresq; in lumbis nascuntur, atq; ingui-
nibus. Fluxus ruber est, qn tale id manet, quod excernitur, qualis sanguis iugulatae recens uicti-
mæ apparet. excidunt sanguinis globuli, dolor habet, & ardor, ac stridor: laborant quoq; ipsa pu-
denda, & imus uenter. Niger fluxus, est, cum nigræ excretiones prodeunt. corpus ægre spirat ex-
halatq; & in pudenda dolor incubit. & extenuantur mulieres. Erysipelas. i. ignis facer, in utero
est, ubi is perinde afficitur dolore, atq; ijs, qui indeclinabiliter ab igne uruntur, ardorq; ille in qui-
busdam aliās ad alios uteri locos transmigrat. Scleroma. i. durities, tumor est duriusculus, qui in
parte uulnæ aliqua nascitur, fitq; plerunq; ex phlegmonis, quæ diu permanere. Scirrhous in ute-
ro, dispositio est in eius aliqua parte, ut sit durities renitens, tumens, inæqualis, magnaq; ex parte
uacans dolore. Carcinoma in utero, est tumor sine ulceratione, inæqualis, uerrucosus. Pilorum no-
uē sunt affectus, rhopalosis. i. uelut in baculos coagmentatio, dichophyia, quasi bifurcatio, quas-
fatio, atrophia. i. alimenti sensus priuatō ariditas, canicies, fluxio, alopecia, ophiasis. Rhopalosis,
Concretio est summorum pilorum indiuisibilis, qui etiam nō amplius crescant. Quassatio, est ca-
sus inæquabilis pilorum non dissimilis ijs, quæ abscidit bipenīs. Atrophia, est gracilitas eorum ni-
mia, qui nec amplius augescant. Ariditas, lanuginosa eorundem superficies est, puluere consper-
sis adsimilis. Canicies, est pilorum ante legitimā ætatem cōmutatio in album. Fluxio, est pilorum
defluuim, quæ tabescentibus magna ex parte, atq; ex diurno morbo cōualescentibus euénit.
Alopecia, est cum color albidiō redditur, qua mutatione auri colorem referētes pilū radicitus de-
cidunt. Ophiasis, mutatio est coloris, antedictæ proxima, cæterum ad maiorem, q; in illa, pilorum
densitatem, cum tortuosa nudatione. Fracturarum octo in capite sunt differētiæ: rhogme. i. fissura
uel rima, eccope. i. effractio, engisoma, id est propinquatio, ecpiesma. i. expressio, camarosis, qua-
si cameratio, aposeparismus, quasi dedolatio, thlasma, id est cōtusio, apeceme, ac si resonitū di-
cas, quidā uero cōtusionē nō admittūt, & resonitū fissuræ subijciūt. Rhogme, est ossis interruptio
p supficie recta, & uel angusta, uel lata. Eccope, diuissio est caluæ, qua os offendit refractū est. En-
gisoma, ptusio est ossis, cū pars affecta in profundū descēdit, ac sup illæsum os corruit. Ecopiesma,
caluæ in multis partibus diffractione est, simul ubi intrusæ ossis partes in imū decubuerint, ac mēbra-
nā innixū suo premāt. Aposceparismus, abscessio est ossis, cū eius pars decussa uulnerādo fuerit.
D Camarosis, est ossis perruptio, cū ex alterutra refractū parte similē cameræ figurā acceperit. Ape-
chema, dirēptio est ossis supficaria, uel etiā pfunda in partib. i. cū oppositis. Cōtusio, est recessio
caluæ in profundū, sine fractura. fit in puerili potissimū ætate: planius uero, quod dicimus intelli-
ges, si, qd in stāneis accidit uasis, cōtemplaberis. Tres circa oculos fiunt affectus: phlegmonæ, flu-
xus, ulcerationes. Ulcerationū in oculis differētiæ sunt, argemon. i. albor, nepheliō, hoc est nube-
cula, epicauma, hoc est inustum, bothriō. i. foueola, phlictis. i. pustula, albugo, carbunculus, myo-
cephalum. i. muscæ caput, suppuration, seu unguis, staphyloma. i. uua, hæc cum percussu euénint.
sine eo ulcerationis affectus hi sunt, mydriasis, id est occæcatiō quasi ferramēto candente admini-
strata, tabes, atrophia, nyctalops, quasi lusciositas, suffusio, glaucoma, resolutio, myopiasis quasi
cōniuentia, strabismus, pterygium, id est pinnula, encanthis. i. tuberculum inangulare, prociden-
tia, chemosis, cōfusio. Est ergo phlegmone, tumor circa oculos, qui cum rubore, & caliditate mul-
ta, & motu difficulti, ac punctionibus gignit. Fluxus, est tenuium delatio humorum, quam cohi-
bere nequeas, non ex nostra uoluntate proueniens. Ulceratio, est ruptio circa corneam tunicam,
quæ uel ex ictu, uel ex strenua phlegmone oritur. Argemon, est ulceratio, quæ in nigro oculi al-
ba appetit, in albo aut subrubra. Nubecula, est caligo, uel supficaria ulceratio in nigro. Epicau-
ma, est uelut ex igne crustulosa ulceratio, quæ nigro aduenit, nec permanet. Foueola, est cauum
ulcus,

ulcus, ac purū in nigro. Pustula, est abscessus in nigro, humorē continens cū phlegmone, & fluxu. E
 Albugo, cicatrix est crassa, & profunda, ulceri inducta. Myocephalū, est exigua uua tunicæ porrectio in nigro, muscæ capiti similis, per ulcerationem facta. Carbunculus, est crustulosa ceu ex igne ulceratione cum pastione, & fluxu, interdum quoque & bubonibus, & febre. Suppuratio, uel unguis, est collectio puris in nigro cū phlegmone fm iridem, ungui consimilis. Confusio, ruptio est tunicarum, quæ in profundo sunt, aliquā ex percussu, interdum spontina, cum profusione humorum, & pupillæ alteratione. Mydriasis, facultatis alteratio uisoriæ est, turbatis humoribus. Tabes, est pupillæ diminutio cum obscuratione. Atrophia, est paruitas totius oculi, & pupillæ cum effuscione. Nyctalops, est affectus dispositio q̄ oculorum sine conspicua causa. usū aut sic habentibus euenit, ut interdiu non cernant, noctu uero conspiciant. Glaucoma, est naturalium humorum in glaucum colorē mutatio. Staphyloma, est, quod in pupillæ loco consurgit acino uiræ simile. Procidētia, est, cum ab iectu aliquo uiolēto, aut stragulatione, cum cōtinua febre, uel capitis dolore prolapsus oculus fuerit. Myopiasis, est dispositio ab ortu contracta, qua ppinqua cernimus, remota uel parum, uel nihil omnino. Strabismus, oculi muscularum nō omnium, sed aliquorū resolutio est, ob quam causam uel sursum, uel deorsum, uel in latera nunt oculi. Hippus. i. equus, dispositio est à generatione prodiens, qua instabiles fiunt oculi ac semper mouentur, utiq̄ motum sustinentes in concussu, & tremore assiduo consistente. hanc dispositionē *παπογ.* i. equum uocauit Hippocrates. affectus aut est oculum firmantis musculi, qui uisoriū basim instrumenti complexus est. Chemolis, est ambientis oculum membranæ, quod album quoq; appellatur, affectus albæ carnis persimilis. Circa genas angulosq; oculorum hi contrahuntur affectus. scabies. phthiriasis. i. pedicularis morbus. crithe. i. hordeolum. chalaza. lithiasis, id est morbus calcularis, trichiasis. i. pilaris affectus. aspredo. lagophthalmon. i. leporinus oculus. ectropion seu inuersio. rhyas, quasi riuius. anchilops. staphyloma. Scabies, est summarum genarum, angulorumq; erosio cum pruritu, quam acerrima fluctio progignit. Phthiriasis, est scabies circa palpebrarum radices, que squamas furfuri similes dimitit. Chalaza, globulus est in gena, milij magnitudine, à similitudine grandinis sic uocata. eadem quoq; est lithiasis. Hordeolum, est humoris cōcretus circa genam, oblongior, hordeum referens. Aspredo est duricia, & asperitas inæqualis, quæ intra genas oritur. Rhœas, est angulorum carnis absumptio, ob quam causam effluit lachryma. Trichiasis, casus est genarū, insitorumq; ijs pilorum generatio præter naturam. Tres trichiaseos differentiæ habentur: phalangosis, calus, subortus. nonnulli & distichian. i. duplicem ordinem superinuehunt. Est autem distichia, alterius pilorum ordinis in genæ margine exortus præter naturam. Encanthis, est exuperantia carnis in magno angulo. Anchilops, tumor in angulo magno consurgens, atque humoris collectionem habens, non perforatus, aut conuio foramine. dictus est anchilops, q̄ prope oculum sit. ἦ enim oculus est, καὶ οὐero prope. Suffusio, est concretio aquosi humoris, quæ uisum magis minus impedit. differt suffusio à glaucomate, tum q̄ concretio sit hæc diluti humoris: glaucoma uero, naturalium mutatio humorū in cæsiū colorem, tum quod in glaucomate haud prorsus, in suffusione aliquantulū cernant. Hydatis, id est aquula, substrata superiori genæ pinguedinis augmentum est, qua fluunt præter naturam oculi. Lagophthalmon, est cum superior adeo retrahitur gena ut oculum, dum clauditur, totum non contegat. Pinnula, corporis excrementia est, quæ corneæ tunicæ inhærescit. Ectropion, est suppululatio carnis in gena, quæ genā ipsam sua grauitate foras cōuertit. causa est genæ euertendæ uel caro adnascens, uel resolutio, uel cū cicatrix inducit. G
 Πτιλοσις, est defluuiū palpebrarum acerrimo fluxu eius rei auctore. Staphyloma, est nigri tunicæ extēsio cum inflammatione, acino uiræ similis. Sarcoma, est carnis in naribus præter naturam auctio. Est uero & Polypus quoddam sarcoma. porro dictus polypus est à polypis piscibus. nam, ut illi multas habet, pagines, mollesq; sunt, atq; augētur, ita is quoq; affectus. Differt sarcoma à polypo magnitudine, & opificio. Ozena, est ulceratio in naribus profunda, tetri odoris, atq; halitū H emitens. Parotides, abscessus fm aures sunt. hos nonnulli Dioscurus appellarunt, succedunt magna ex parte febribus, atq; ab ijs liberant. Leuce corporis in album colorē mutatio est præter naturam. Herpes, est ulcus, quod ex bilis redundātia fit, & depastionem facit. Atheroma, est tunica neruosa, quæ humorē pulsi simile continet. Steatoma, est auctio pinguedinis aliqua in parte præter naturam congesta. Prosartesis. i. appensio, longiorum est membranarū ad uicina loca applicatio. Aneurysma. i. dilatatio, uenosi uasculi relaxatio est, aut dispersio spiritualis materiæ sub carne, per dissultationē sese diffundentis, distribuentisq;. Hyposphagma, extra superficiem est, persimile uibici. Ganglion, conglobatio est nerui præter naturam, quæ in unum corpus coaluit. Aptha, superficiaria est ulceratio, quæ in ore gignitur. uisitum autem hæc in puerulis potissimum ulceratio. Phlegmone, est tumor cum rubore & duricia, pulsatiles afferens dolores: dicta, quod affectus ea locus φλεγμών, hoc est uratur. aut tumor dolens, ac renitens, cum rubore, citra febrem. Erysipelas, id est ignis facer, est rubedo cum ignita inflammatione, febres interdum, doloresq; inferens. (uel ignis facer, est tumor rubens, dolorificus, qui à bilioso sanguine generationem obtinet. Carbunculus, est ex magis melancholico putrefacto sanguine tumor ulcerosus.) Vacuamus uel uenæ sectione, uel cucurbitula, uel hirudine, ac similibus. Sanguinem detrahimus ob multam plenitudinem:

A nitudinem: præsertimq; ubi ipsum affectus auctorem esse suspicabimur. Detractionis cuiuslibet tutior præferenda: grauis, medicinæ oblatione declinanda est. Cucurbitula utimur ad locorum contusionem. Hirudinem admouemus, ubi affectum locum tenuiter aperire est opus. Scirrus, est tumor corporum, cum duritia, & pōdere & motus, ac sensus difficultate. Abscessus, est corporum ex phlegmone in pus transmutatio. Coloboma, id est mutilatio, defectus particulæ est in parte aliqua corporis. Tofus, est substātia callosa, & renitēs. Hydrocephalon, est humoris aquosi, aut faculenti sanguinis collectus in parte corporum aliqua eorum, quæ caput concinnant. Syrinx, id est fistula, tubulus est callosus, angustus, oblongus, interdum etiam obliquus, os habens, cui cicatrix obduci nequit, per quod humor certis temporibus tenuis excernitur. Duæ fistularum differentiae sunt: cæcæ, quæ osculum in profundo, sinum ad superficiem habent: occultæ, quæ & os, & sinum obtinent in profundo. Cerion, id est fauus, ulcus est assidua habens foramina, ex quibus humor mellis similis excernitur. Phagedæna, est ulcus, quod propinquæ & adiacentia erodit. Carcinoma, est tumor malignus, prædurus sine ulcere, uel ulceratus, à cancro animali dictus, quem Græci καρκίνον vocant. Dionysisci, sunt ossæ eminentiæ, quæ prope tempora nascuntur, dicunt autem cornua, detorto à cornigeris animalibus nomine. Teredo, pertusio est ossis ex corruptione. affectui nomen ab accidentibus foraminibus datum est, quæ τρηματα appellantur: quasi θρήνοι quidam existat. Aden, id est glandula, conuolutio sicca quædam & carnosa est uel carnosa conglomeratio. Struma, caro est sicca, quæ nec facile soluitur. Broncocele, quasi dicas gutturis ramex, tumor est gutturi adnascens: differtq; ab eo, qui in scroto progignitur. Anchyle, passio est tendonum circa collum, uel articulos, qua functio impeditur. Exomphalos, id est procidens umbilicus, prominentia est umbilici diuersis de causis proueniens. Gynæcomasthon, id est muliebris mamma, subiectæ mammis pinguedinæ auctio est præter naturam. In coniectu est abscessus, cū corporum, quæ sunt in profundo, aut uiscerum in pus fit mutatio. Acrochordon (genus quoddam est id uerrucarum dolens) exortus est orbicularis, angustumq; obtinens basim. Phygethon, id est panus, abscessus est nascens in inguine. Epiploomphalon, omenti est in umbilicum decursus. Hydromphalon, coitus in umbilico est lenti humoris, qui sub tunica quoq; interdum continetur. Pro romphalon, est concretio tofi in umbilico. Sarcomphalon, incrementum carnis præter naturam est in umbilico, uel mitis, uel malignæ. Pneumomphalon, dilatatio est umbilici. Hypospidias, est affectus, in quo glans colis attracta est. Thymus, asperæ carnis extuberatio est, quæ similis circa genitale, ac sedem oritur. Lipodermus, id est (translato ad morbum nomine) appella, defectus est tegitis glandæ pelliculae, adeo, ut distrahi nō amplius possit. Phymæ duo discrimina sunt: uel enim ex natura fit, uel postea gignitur, ulceratione antegressa. Pariepiphymosis, est, cum retracto glandis neruo præputium deduci præterea nequit. Rhagæ, id est scissura, fissumue, diuisio est labia obtinens callo indurata. Circuncisio uel circunsectio, ablatio est cutis glandem obtegentis. Haemorrhoides, relaxatio est uasorum, quæ sedem contexunt, dicta επειδὴ τὸ πόσιον ἀιματίς φέγγι, id est, quod sanguis per eam fluat. Differentiæ quinque haemorrhoidum sunt, à magnitudine, multitudine, figura, loco constitutione. à magnitudine, cum aliæ paruæ sint, aliæ magnæ, aliæ mediæ. à multitudine, cum plures in alijs, in quibusdam pauciores consistant. à figura, quod nonnullæ angusta, quædam lata sint basi. à loco, quando aliquæ in ano, quædam in sphinctere, id est strictore, aliæ in recto sunt intestino. à constitutione, quoniam aliæ mites sunt, aliæ malignæ. Cödyloma quasi diccas nodus, est extuberatio, quæ cum phlegmone in rugosa contrahenteq; se ani parte consurgit. Tres circa scrotum fiunt affectus, ramex, scabies, detritio. Tumores in scroto consistunt, hydrocele, enterocele, hydræterocele, cirsocèle, porocele, epiplocele, enteroepiplocele, id est hernia seu ramex aquæ, intestini, aquæ & intestini, uaricis, tosi, omenti, intestini atq; omenti. Hydrocele, lenti humoris in parte scroti collectio est. Enterocele fit, intestino in alterum locum paulatim, uel semel delapso. Enteroceles causæ sunt, antegressa quidem, intensio, uel iectus, continens autem, iterata huius extensio, aut ruptio. Hydrenterocele, est delapsus intestini minusq; elaborati humoris collectus in scroto. Cirsocèle, est dilatatio amplificatioq; quorundam, aut omnium, que testem alicant, uasorum. Hygrocirsocèle, id est aquosus simul & uaricosus ramex, est dilatatio testem nutrificantium, uasorum & lenti humoris in scroti aliqua parte collectio. Epiplocele, lapsus omenti est in partem scroti. Enteroepiplocele, in scroti partem casus intestini est atq; omenti. Cele id est rama, tumor est, qui dictoru aliquod continet. omnis enim in scroto tumor κάλη, id est ramex nuncupatur. Crysorchis, id est testiculi occultatio, testiculi, uel testiculorum recessio est. Rhacosis, id est detritio, multa scroti extensio est. Psoriasis, id est scabies, duricia scroti est cū intensa prurigine, quandoq; uero & ulceratione. Gangræna, est corporis mutatio à naturali cuiuscum habitu in alienum, atq; extinctio, cum ulceratione, uel citra hanc. dignitur autem uel plethora antegressa, uel dum extinctio fit, aut phlegmone ex chirurgi imperitia. Os, est, ut Plato arbitratur, medulla, quæ à calido spissatur. ex quorundam autem medicorum sententia, terrena concretio, & solida, & sensus expers ac sanguinis. Commune chartilaginis & unguis est sensu carere, atq; inæquale esse, cæterum chartilago imago est ossis. sæpiissime enim in articulis adiacet. Vnguis uero, superficies ossis fuerit: aut cutis concretio dura & siccata. Hermaphroditus, complexus est masculini sexus ac fœminei,

fœminei, simul etiam utroque genitale proprium obtinente, Dracūculus, est ulcus, quod à parte E
 propinqua ad ipsum nerui delationem habet, dictus, quod neruus mouendo corpore in ulcus re-
 cedat, in eoq; occultetur. Clavus, est ulcus in pedis planta orbiculatum, quod callum contraxit.
 Semen, ut Plato, ac Diocles autumant, ex cerebro, & dorsi medulla excernitur. ut autem Prax-
 agoras, atq; Democritus, præterea & Hippocrates censem, ex toto corpore. Democritus quidem
 ait, Homines unus erit, & homo omnes. Hippocrates uero, genitura, inquit, undiq; à corpore de-
 manat, à sanis sana: à morbosis morbosa. Semen, est secundum Stoicos, quod cum spiritu, & ani-
 ma, sed uelut non pars ab animali dimittitur. ut autem opinio fert Asclepiadis, genitiuus humor,
 qui in uenereis congressibus excernitur. Illud quæstione exagitated est, utrum fœmina perinde
 ac mas semen depromat. etenim eadem Veneris libidine uexatur fœmina, ijsdemq; obnoxia est
 morbis: ac plane ex confectione seminarij meatibus prædita esse ostenditur. Maximum quoque
 id conferendi seminis testimonium est, quod similes matribus procreentur liberi. Porro conferri
 ipsum testis est Hippocrates, qui in libro De infantis natura, Si profecta, inquit, ab ambobus ge-
 nitura in mulieris locis manet, primum quidem unā miscetur, utpote nō quiescente muliere, con-
 calescendoq; colligitur, ac crassescit, dein spiritum cōcipit. Differt à genitura semen, quod hoc in
 seminarij meatibus sit. quidam uero, quod iam est excretum, id esse semen uolunt: genituram au- F
 tem, semen nondum concoctum: at nos, ut Asclepiades dicit, semen quoq; in ijs esse, qui genera-
 re non adhuc possunt, definiuimus. Infœcunditatis duplex causa est, quarum altera uiro, mulieri
 altera debetur: & utraq; multiplex. nam fœmina in causa est, si perfrigidum uterus uel præpin-
 guem habeat: mas uero cum spado fuerit testiculis orbatus: aut alio quodam morbo laborauerit.
 Non est pars uterus gerentis, quod gestatur in utero: aut certe ipso intereunte, grauidam quoq;
 interire necessario conuenit, uel partu edito lædi integris functionibus obeundis, quasi pars ei,
 qua ipsius corpus priuatum est, desit. Alimento perfruit embryum, per secundas id excipiēs at-
 trahensq; cæterum non per os, sed per umbilicum alitur. Embryum quidam animal esse, quidam
 non esse prodiderunt: animal esse id illi coniectauere ex motu: quandoquidem mouetur & em-
 bryum: atq; ut sentiens animal, in matris uoluptatibus oblectatur, lætaturq; in angoribus autem
 contrahitur atque cogitur. nulli enim sensus, præter quam animali, à natura datus est. Qui autem
 non esse animal asserunt, nutriti ipsum quidem, & augeri, ut arbores quoq; nō tamen, ut animan-
 tes, appetitionem, motumq; ex ea habere confitentur. haud enim solum nō citra electionem, sed
 necq; ex proposito mouentur, uerum ut arbores & plantæ. nam uentus ijs causam affert motionis:
 embryis uero, circumfusa humiditas, & lubricitas, atq; uteri figura, qui, cum impletur, tumescit in G
 globum. est autem globus, seu sphæra, figura in omnem motum, utpote omnis expers basis, natu-
 ra proclivis. At Asclepiades embryum neq; animal, neq; non animal esse pronunciauit, sed simi-
 le id esse dormientibus dixit. nam, quo illi modo sensus obtinent, neque ijs tamen utuntur, sic &
 quod in utero gestatur. Gignitur mas, ut nonnulli opinantur, postquam ex dextra parte auulsum
 semē in uterus coniectum est: fœmina, cum ex sinistra. sunt & alijs, qui pro seminis peculiari tem-
 peratura, à caliditate uel frigiditate fieri dixerit. nam semen calidius marem generat: frigidius fœ-
 minam. Fiunt gemini, atq; tergemini, ut quidam arbitrantur, quoniam semen in calidum uterus
 detractum ac deriuatum frangitur. alijs ad superfoetationem causam referunt. nos uero, si in hæc
 ambo conferri semen fuerit inuentum, gemellos asserimus procreari. Generatur monstra, ut qui-
 dam aiunt, per declinationē obliquitatemq; uteri. nam, quod inæqualiter semen infunditur, mon-
 stra progignit: quomodo & liquatum plumbum, si inæqualiter defusum sit, inæquale opus con-
 flatur. Monstra uel per defectum, uel per excessum fiunt. gignuntur per magnitudinem quæ am-
 plo: per paruitatem, quæ passerino sunt capite: per numerositatem uero, qui sex constant digitis,
 quandoq; etiam pluribus. Quam ob causam septimestres partus uiuunt, octimestres minimi. Ita H
 fertur, quoniam numerus octo, par, & cōiunctus, nec decretoriū est: septem autem impar est nu-
 merus, neq; uero coniunctus, atq; ob id decretoriū. Conceptionis causa, est commoda uteri ca-
 liditas, recensq; mensium purgatio, ac coeundi appetitus. hæc enim simul congressa semen deti-
 nuere. Conformatur primum embryi secunda: deinde reliqua. Constat secunda ex duabus uenis,
 duabusq; arterijs, & quinto uocato uracho: uocatur autem chorion seu q; embryi cōceptaculum
 sit, seu q; ipsi alimentum suppeditet. Partus dolores, sunt sp̄ritus conferti, impetus, ad embryi ex-
 cursum. Tribuuntur mulieri menstrua, quæ sanitatis gratia euacuentur: embryo autē alimentum
 præbeant per conceptum suppressa. sunt enim tum ad conceptionem, tum ad lactis generationē
 comparata. Fit prægnantibus pica duobus circiter aut tribus à conceptu mensibus, affecto nimi-
 rum stomacho. nondum enim uis embryo suppetit consumendi alimenti. Picae causa inde pro-
 dit, q; abundet materia, & stomachus perturbatione uexetur. huiusc rei argumentum est, quod
 cum incrementum acceperit embryum, tunc recipiente se deorsum sanguine, ad se stomachus re-
 dit. Prodeunt in lucem quatuor figuris, siue habitibus embrya, una in caput, quæ secundum na-
 turam est: tres reliquæ præter naturam: eæ sunt, in pedes, in latus, in duplum. Æ gri partus tribus
 modis fiunt, pro gerente in utero, pro eo, quod geritur, pro exterioribus. pro gerente, dupliciti uia:
 ex animi motibus, cum zelotypijs, uel mœroribus uel alio quoquis affectu detenta fuerit: ex ijs ue-
 ro, quæ



Aro, quæ ad corpus attinent, cum angustis fuerit meatibus, aut præpinguis, aut primum foeta, aut prædita utero sit, qui alimentum nō admittat. pro eo, quod geritur, cum moritur in utero partus: uel geminus, aut monstrosus eliditur. pro exterioribus, per intensam hyemem, aut æstum uehem-mentem. Causam ulcerum in utero habent interdum abscessus: nonnunquam pessus corruptori-us: quandoq; uero scirrhos. estq; hic cum alijs diuturnus. Sarcosis in utero, est carnis collectæ ex-pullulatio: quam, si magna sit, particulatim recidere cōuenit uellicatā scalpis, quo celerius emo-riatur: sin parua, protinus tollere. Hæmorrhagia, id est sanguis eruptio, effusio abundans est san-guinis: quæ, si magnum uulnus sit, per largum obitur fluxum: sin angustum, per iaculationem: ut in uenis secundis. Differt hæmorrhagia ab hæmorrhoida, q; hæmorrhagia, abundā effusio, uti di-ximus, sanguinis: hæmorrhoida autem, delatio sanguinis est per dissultationem, ac paulatim facta. Duobus modis sanguis erumpit: dissultatione, uel ruptione. quæ dissultatione, ac corporis nostri uasorum erosione constat, non facile sanatur. curantur ægrius arteriæ, quæ uenæ: partes in pro-fundo sitæ ijs, quæ superficiem occupant: & quæ his, aut illis uicinæ magis sunt, faciliorem, diffici-liorēmue curationem recipiunt. Sanguinem, quem nō paruo negocio compescas, facile hęc loca profundunt, temporales musculi, cerebri membranæ, palatum, columella, collum, alę, inguina, & B id genus alia inter homines uero, si æratē species, iuuenes: si habitum, prauis affecti humoribus: si anni tempus, in estate. Chymi appellatio apud Hippocratem semper humoribus corporis desti-nata est, ex quibus nos cōstituimur, sanguine, inquam, pituita, & duplice bile, flava & nigra. apud Platonem uero, & Aristotelem gustabilis qualitas quævis nobis insita chymus, id est sapor, nomi-natur. sunt porrò qualitates, acor, austerioritas, acerbitas, acrimonia, falsedo, dulcedo. sic & Mnesi-theo placet. Continet pars ea medicinæ, quæ de affectibus agit, quid, & qualis sit uniuersalis, & quid particularis affectus, ac morbus: quid item causa, quid signum: & quæ huius differentiæ ha-beantur (sunt autem hæ specie complures) nō qualis affectus causarum, quæ morbos cōmittunt. loca item explorat, in quibus sint affectus. querimus enim, quis affectus phrenitis, comitialis mor-bus, lethargus, dolor lateris, peripneumonia, resolutio neruorum, & similia. Sunt uero causæ ho-rum manifestæ, & non manifestæ: & antegressæ, & antecedentes, & continentes: atq; in uniuersum, quæ sit affectus constitutio: & in quibus ijs corporis partibus dicti sint, perscrutatur. Crisis, id est iudicatio, idonea morbi ac celer in tempore dissolutio est. Periodus, id est circuitus, successi-ua redditio est ordine dispositi temporis. Cerebrum animalem facultatem obtinet, atq; huius par tem principē, quæ ratiocinatrix est, atq; mens: Cor uero iracūdam. Administratur pariter corpus C à corde & iecore. Facultas naturalis, altrix, & auxtrix est. Sumit cor alendo, augendoq; corpore, à iecore sanguinem: spiritum à pulmone: quas cōfectas elaboratasq; materias sic in uniuersum cor-pus transmittit. Instrumentaria, pars est chirurgiæ, quæ per restitutionem, ac consentaneam cura-tionem dispositis præter naturam humanis oīibus sanitatem uendicat. Sunt ossa in nobis duo-bus modis coniuncta, per articulum, & coagmētationem. Articulus, commissura ossium est, quæ moueri natura uoluit. Coagmentatio, commissura est ossium, quæ lege naturæ nequaquam mo-uentur. Lapsus, seu luxatio, est ossium, quæ per articulū, uel coagmentationem mouentur, extra naturam delatio. Exarticulatio, siue eluxatio, est ossis secundum naturam se habentis in alienum naturæ locum ex profunda cauitate egressio. Dearticulatio, seu deluxatio, est ossis euariatio, dela-tiōne à naturali loco ad eum, qui præter naturam est. Motio, est ossiū per fixurā, harmoniāmue compactorum ex propria sede in naturæ oppositam exturbatio: quemadmodū ex tarso disruptis ossiculis aut uertebris fieri consuevit. Diductio, est mutua ossium per futuram, & coalitum con-iunctorum separatio, atq; diremptio. Restitutio, est ossis, uel ossium à loco naturæ cōtrario ad na-turalem traductio. Tentio, est tractus corporum. Mochlia, traductio est ossis, aut ossium ad natu-rale locum ab eo, qui præter naturam sit. Catatasis, est ad inferna loca corporum tractus. obitum D hæc partim principijs, quæ tensionis causæ sunt, è regione oppositis, partim trāsumptione in con-trarium, nempe transmissis per rotulas principijs, quæ tensionem moliuntur, ac superius adnexis. Anatasis uero, id est tentio ad superna loca, per traductionem, intelligi ex ijs potest, quæ de cata-tasi prodidimus. Distentio, est ad superna, atq; inferna loca corporum tractus. Exelcysmus, seu rectius forte Eiselcysmus, est deductio ossis, uel ossium à superficie in profundum. Rhegma, id est ruptum, est ossis ad ossium traductio à profundo ad superficiē. Traductio, est diducti ossis in naturalem locum reuocatio. Extasis, id est mentis emotio, est insania, quæ breui finitur. Ecplexis, id est consternatio, est emotio mentis, quæ ex repentina aliqua perturbatione extrin-secus aduenit. Enthusiasmus id est fanatica percussio, seu afflatio numinis, est uelut cum quidem mente in sacris faciendis capiuntur, si-qua uiderint: aut si tympana, uel tibias, uel signa audiuerint.

Isagogici.

i 2 GALENO



G A L E N O A S C R I P T A I N T R O=

D V C T I O, S E V M E D I C U S:

Quem librum olim Ioannes Andernacus Latinum fecit: nuper uero
post Bartholomæi Sylvani recognitionem ad Græci
exemplaris collationem castigatus.

Vide in secunda sectione sexti epidemiorum, commentario quadragesimo secundo,
ubi citatur liber Herodoti, qui inscriptus est Medicus.

F

Quomodo inuenta sit medicina. Cap. 1.



R T I V M inuentiones uel deorum filijs, uel quibusdam eorum propinquis, quibus dñi primi artem omnem communicarunt, Græci ferunt acceptas. Hac igitur ratione & Aesculapius medicinæ, quam primus ab Apolline patre institutus, hominibus tradidisse dicit, inuentor extitisse apparent. Porro ante illum ars medica nondum hominibus fuit cognita, nisi q[uod] ueteres medicamentorum & herbarum, qualia apud Græcos Chiron Centaurus, & ab eo erudit heroes nouerant: ad hæc quæcunq[ue] Aristeo, Melampodi, & Polyido adscribuntur, experientia quandam habuere. Apud Ægyptios sanè præter herbas, aliam quoq[ue] medicamentorum rationem in usu fuisse Homerus hunc in modum testatur:

Fertilis Ægyptus rerum medicamina mista,

Optima multa, simul deterrima plurima gignit.

Porro ex cadauerum confectione, quam in condieñis ijs asseruandisq[ue] habere moris erat, multa etiam, quæ manu administrantur, apud primos medicos inuenta esse uidentur. Quædam dicuntur ex casu obseruata fuisse, ut suffusos appungere, inde, quod capra quæpiam ex suffusione male habens, iuncto aculeato in oculum impresso, uisum receperit. Quin & clysteris usum inde profectum esse scribunt. Hæc enim colli cute tanquam clysteris utre, marina, Niliq[ue] aqua impleta, rostro eam sibi ipsi per annum indit. Scribit etiam Herodotus historiographus, quondam ægris per compita expositis, illos, qui ijsdem aliquando morbis laborarant, referre solitos, quibus unusquisque usus, sanitatem recuperauerit: atque hoc modo ex multorum usu ac experimentis rem medicam conflatam esse. Sed hæc quidem experientia ratione uacula, nondumq[ue] rationalis fuit. Cæterum perfectam medicinam, & omnibus numeris absolutam, nimirum diuinam aio, Aesculapius solus inuenit. Illam uero quæ inter homines uersatur, huius successores Asclepiadæ posteris ueluti hæreditario acceptam tradiderunt, maxime Hippocrates, qui omnibus facile præcelluit, primusq[ue] perfectam apud Græcos medicinam in lucem protulit.

Quæ medicinæ principia. Cap. 2.

Principia medicinæ tria sunt, unum inuentionis, alterum constitutionis, tertium interpretationis. Inuentionis igitur medicinæ (ut simpliciter dicam) uetusissimum plane, citraq[ue] rationem principum, experientia est: quemadmodum apud Ægyptios, & reliquos omnes barbaros. Redigendi uero in artis constitutionem, sicut Asclepiadarum medicinam, ratio & experientia. Interpretationis, ut scribit Athenæus, uel traditionis, quemadmodum quidam dicunt, initium, naturalis est speculatio. Enim uero simpliciter & Hippocrates dixit, Medicæ rationis initium primum natura est: nam à naturæ inspectione Dogmatici auspicantur, quoniam ex ijs, quæ secundum naturam sunt, & illa, quæ contra habent, possunt cognoscere: at sine naturalium cognitione illa, quæ à naturali habitu recedunt, scire nemo potest. Quinetiam in curando naturæ speculacionem similiter requirunt: quandoquidem ex naturali admouendorum auxiliorum potentia, quæ cuilibet morbo idonea sint, accipiunt. Qui uero ex alijs sectis naturæ cōtemplationem aspernatur, utriq[ue] à quibus præsidia afferendi habitum finxere, incipiunt, Methodici ex communitatuum indicatione, empirici ex obseruatione experimentorum: Quaenam ratione Dogmaticis medicæ rationis natura, eadem empiricis experientia crebro & serè semper in ijsdem, & pari modo contingens, principium existit. Ab hac siquidem historiam quoq[ue] suam exordiuntur, & secundū hæc ab alio ad aliud simile transeunt. Sed methodicis euidentium similitudinis inspectio, uel communatum apparentium cognitione principium dicitur.

Quot